

perpetuatis tegebatur, in quo posita erant septem fedilia holofero nigri coloris recta, pro totidem Electoribus. In medio horum eminebat cathedra pedem unumalterius ceteris, cooperta panno aureo, in quo confedit novus Imperator medius, & ad dextram ejus Moguntinus, & Palatinus: ad sinistram Coloniensis, Saxo, & Brandeburgensis: Treverensis autem ex adverso. Palatinus manu tenebat Pomum aureum Cruce insignitum; Saxo Gladium: Legatus Brandeburgicus Sceptrum. Interea dum unusquisque Electorum convenientem dignitati suæ scellam occupat, tubarum, tympanorumque mixtus sonus omnia complet, quo cessante, Reverendissimus D. Georgius Fridericus Greiffenloe de Volrhat, Præpositus Moguntinensis, & Vormatiensis Matthiam Regem electum Imperatorem pronuntiavit his ferè verbis. Notum haud dubie esse omnibus, quod morte Rodulphi II. Imperatoris, felicitis memorie, Imperium Romanum destitutum fuerit capite. Reverendissimos igitur, & illustrissimos Principes Electores cum Legato absentis, observata lege Carolina, & habita ratione salutis publicæ, eo nomine convenisse, ut aliud caput eligerent, ad gloriam, & honorem omnipotentis Dei, ad utilitatem, & augmentum Imperii, totiusque ad eò salutem orbis Christiani. Elegisse igitur concordibus suffragiis Serenissimum, Potentissimumque Principem, ac Dominum Matthiam II. Hungariæ, Bohemique Regem, Archiducem Austriæ, eumque creatæ Regem Romanorum, futurum Imperatorem Augustum. Hæc se multitudini adstantium Electorum nomine renunciare, eo fine, ut unusquisque Electo convenientem obedientiam, & debitum honorem prestandum esse novit.

Facta hac denunciazione iterum sonerunt, tonueruntque tubæ, actympana citato ingentis lætitiæ sonitu, & Electores cum novo Romano Rege de Theatro descenderunt: præibat Trevirorum Archiepiscopus: sequebantur deinde tres collega, Palatinus aureum globum ferens ab dextro, Saxo cum ense in medio, Brandeburgicus cum sceptro à sinistro incedens latere. Post hos ibat Matthias Rex Romanorum, Hungarorum, Bohemorum, & ultimo loco duo Archiepiscopi, Moguntino dextrum, Coloniensis sinistrum obtinente latus.

Hac pompa Templo exiverunt, conscendisque equis ante majorem Basilicæ portam, eodem ordine, quo diximus, novum Imperatorem deduxerunt ad Palatium, quod cum Urbe paratum fuerat, Francofurtenses appellant illam domum, *Cross Braunfels*. Principes autem præcedebantur à multis illustribus, nobilibusque viris, quorum primi erant è comitatu Matthei regis: quos sequebantur ministri Ducis Saxonie, deinceps cæterorum Electorum mixtum. Tribunicia omnia loca lacri concentu implebant, ut tympana percussa milititer. Post hos ibant consilarii Electorum, ipsique Principes cum Cæsare recens electo, omnes eo quem commemoravimus ordine. Et hac ratione Matthias II. Pannoniæ, Bohemique Rex unanimi Principum Electorum consensu Imperator creatus, ingentique cum lætitiâ ab universis agnitus, receptusque est Caput Imperii Romani.

Quamquam autem omnis electionis solemnitas, eo quem diximus modo finita fuerit, Electores tamen reversi ad Curiam Urbanam denuo convenerunt, cum expediendæ adhuc restarent maximi momenti deliberationes, quæ totius Imperii concernebant incolomitatem. Quod supererat temporis, datum est lætitiæ, festivitati, epulis, ludisque, ac hilaritati, nemine parente sumptibus, nec rei Electores solum operam dabant, sed & alii Principes, ac Dynastæ, qui statim peractâ Electione magna frequentia ingressi fuerant civitatem. Conviviorum apparatus excepit ludorum varietas, decursus Equitum pro brabejo, equitâ, congressus virorum sortium in Hippodromo, ludi præterea historionum, mimorum, gladiatorum: duraveruntque hæc velut Saturnia, usque dum novus Imperator Diademate Cæsareo cingeretur, quod & ipsum feliciter perfectum est die Dominico ad xxiv. Junii anni currentis 1612.

Cæsaries.

Consule Tit. de Capillis, Capillitio, Tonsura, Abra- sione.

Cajani Hæretici.

Fuerunt Hæretici nonnulli inter Judæos, qui Cain coluerunt dicentes, Abel idè occisum, quod esset debiliori virtute. Cain autem fuisse robustum, ac validum, ideòque celestem, æquè ac Esau, Sodomitas, & id genus, quos omnes suos cognatos jactabant. Unde Judam Iscariot venerabant, quem Cain filium asserbant; eo quod Christum tradidisset. Præciens ejus morte homines redimendos. Ita Epiphanius hæret. 38.

Cajus, & Caja.

Omnia sunt Jurisconsultis usitata, & usurpantur pro domino, & domina. *Talos* Græcis terrestrem hominem significat, juxta *Rhodigium lib. 24. c. 5.* Romani autem introducentes sponiam, jubebant dicere, ubi tu Cajus, ego Caja. Quod & Quintilianus indicat, & *Tit. Probus* ait institutum, ut nova nupta ante janam mariti interrogata quænam vocaretur, Cajam esse diceret. Nimirum quasi profidentem imitationem Cajæ Cæciliæ uxoris Tarquinii Prisci optime moratæ. Ridet Jurisconsultus Cicero, quod omnes mulieres Cajas vocari existimarent. *Oratione præ Muræna.*

Advertunt historici, omnes Imperatores Romanos quibus nomen Caii instar prænominis fuit, morte turpissima vitam finivisse, quasi sua forte id præsignasset C. Julius Cæsar, qui spectante Senatu concidit.

Calamitas.

Vide sub tit. de Miseria, Aegritudine, Bello, Paupertate, & aliis Calamitatum generibus.

Calamus.

Demosthenes in cogitando, & scribendo calamus ori admovere, & mordere solebat. Eodemque gestu Calavix in templo inclum calamo venenum hausit, ne in manus Macedonum veniret. *Plut.*

U s u s.

Idem, qui apud nos olim, nempe idoneum ad scribendum instrumentum erat. Unde David: Lingua mea calamus scribæ velociter scribens: & *Psalmus*, Desidiisum juvenem perstringens, ait *Satyr. 3.*

Tunc queritur *crassus calamo, quod pendeat humor, &c.* Calamus etiam arundinis est species, cujus varius usus esse apud varios solet. Ita ut nonnunquam supplicio inferendo servierit. *De quo consule tit. de Suppliciis, §. Stimulis, Calamis, &c.*

Calceus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Calceus indumentum est pedis, communiter ex animalium pellibus confectum, à calce, quæ præcipue munit, dicitur. Olim ex ligno factos calceos volunt, atque hinc à *Græco*, quod lignum significat, appellatos. *H.*

CALCEORUM MATERIA, FORMA, USUS VARIUS.

Indi ex arborum corticibus calceos faciunt, & nonnunquam soles pedibus addunt. *Alex. lib. 5. cap. 18.* Persæ calceo utuntur alto, & duplo, ut proceri appareant: quemadmodum Assyrii parvo, Babylonii soles Thebanis similimo, Cretenses militari, Nabathæi sandalio. *Alex. l. 5. c. 18.* Apud Achæos calcei seminarum fuerunt, & albi, & tenues. *Alex. lib. 5. cap. 18.*

Hispani è Spartano, Ligures Cantabrico, Galli agrestes perone incedebant calceo. *Alex. lib. 5. c. 18. Genialium dierum.* *Kalopáveon* à *πάve*, id est, Colophonium calceamentum, dicebatur eorum. Nam antiqui ferè soles utebantur, quæ infamam pedum partem tantum munirent. *Erasm. in Adag.* Athenienses elaboratæ artis calceos habebant, qui Iphicratides dicti sunt. *Alex. lib. 5. c. 18.*

Auribus

Aspidochelones, Lupipedes vocabant tyrannorum Satellites (robustos enim servos custodia corporum adhibebant) quod pedes lupinis pellibus perpetuò telos haberent, ne ab acre adirentur, vel quod in clypeis insignia lupi haberent. *Svidas.*

ANTIGENIDES Thebanus musæus primus calceamentis Milesis lascivioribus usus dicitur. *Svidas.* DEMETRIUS Antigoni cò vanitatis processit, ut auteco calceo uteretur. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 18.*

C. Caligula Imp. focco muliebri pro calceis usus est. *Alex. l. 5. c. 18.*

CARINUS Imp. calceos gemmatis fibulis ornatos habebat.

DIOCLETIANUS Cæsar calceis gemmatis in publicum sæpe processisse dicitur.

HELIOGABALUS, cum vulgare calceamentorum genus contemneret, gemmato calceo usus est. *Ibid.*

PRIMISLAUS II. Bohemici Dux ab aratro vocatus ad Principatum, calceos quomodo robore factos eorum concenturatus fecit, quos servari voluit in memoria vocationis suæ, & posteris ostendi. Igitur custoditi diu fuerunt in arce Viffegrædensi, ac religiosè habiti, ita ut Regibus præferri soliti fuerint, dum in pompâ inaugurationis educerentur. *Refert Georg. Richter in axiom. Polit. c. 56.*

Petro dicitur ab Angelo in carcere, Calcea te caligas tuas, *πιδραται τὰ σανδάλια δάσπ*, subliga tua sandalia. Lirano dicit esse calceamentum, quod superne corium non habet, quale Galli nominant Galochos.

Turnebus l. 29. c. 8. dicit: Sandalia apud Græcos fuisse calceamenta muliebria elegantissima. Unde Judith inter alia formæ suæ ornamenta dicitur induisse pedibus suis sandalia, &c.

Aliquando soles, quibus domi utebantur viri, sandalia vocata sunt.

ISTORUS verò caligas, quales jubetur Petrus induere, à caligando, sive ligando derivat, quod nempe solem inferiorem corrigia ligeret superne pedis parte nudata. Hinc & calicum fenestratum vocant nonnulli.

Christum, & discipulos usos sandalis verisimile omnino est, quomodo enim tot ierina nudis pedibus peragrassent. Vetuit autem, ne discipulis calceorum superfluitatem haberent, ut Juvenens tradit. *Vide Lovinum in c. 12. Añ. v. 8.* non verò, ut omnino calceos non haberent.

CALCEIS NON UTI.

SOLVERE, ALTERI TRADERE.

Apud Ægyptios in nuptas puellas calceis uti non licet, ut evagandi licentia cohiberetur: cum nudo pede extra septa prodire, nefas foret. *Alex. l. 5. c. 18. ex Plut.*

Lycæus pro calceamentis pedum nudatæ Spartanis instruit. Censebat enim hujusmodi exercitacione longè facilius, & locum acclivem ascendere quempiam posse, & tutius declivem descendere, & saltare, & resillire, & celerius discalceatum currere, si pedes exerceret, quam calceatum. Xenophon in Lacomam Repub. *§. 27. ob. ferm. 42.*

Phocion, Aristodemus, Socrates, in mediis frigidibus nudi incessisse dicuntur. *Alexand. libro 5. c. 18. Genial. dierum.*

Discalceati & in templis, & in mensa sedent Turcæ. Innotum enim videtur, si sedeat aliquis calceatus. Utuntur ergo genere solearum (quas planellas dicimus) ipsi sua lingua bathmat vocant: his femine præcipue utuntur. Ubi verò sedent, tapetibus loca sternunt, vel lancis, vel juncinis, vel juncinis. Exigente tamen necessitate ob humiditatem, vel immunditiam tabulata à terra parum elevata ponunt. *Cusp.*

In sacris Litteris præcipitur à Deo Moysi, & Josue, ut calceos exuerent: addita causa. Locum enim in quo stas, terra sancta est. *Exod. 3. §. 5. Josue c. 5.* Igitur calceorum depositio, reverentia nota erat.

Ideirco olim Judæi, uti & Gentiles, in templum venientes etiam Sacerdotes tabernaculum ingressuri, calceos deponerant: quod etiam faciunt Turcæ.

Legimus in *l. Ruth. c. 4.* Hic erat mos in Israel inter propinquos, ut si alter alteri juri suo cedebat, et esset firma cessio, solvebat homo calceamentum suum, & dabat propinquo suo. Ita enim legitur à Deo constitutum *Dent. cap. 25.* ut qui fratri mortui uxorem, & hereditatem illius nollet accipere, omnique se juri ad illa renuntiare se declararet, cal-

ceum exueret, quem illa acciperet, coque signo declarabat, se indignum, qui inter ingenuos versaretur, quia calceatum esse servitutis erat nota.

Sic priusquam Booz cum Ruth Moabiticæ conjugium intreret, percontatus est propinquum illius, an eam vellet accipere: quo renuente, ut juri se suo abdicate demonstraret, iussit calceamentum solvere de pede suo, quod statim fecit. *Ibid. c. 4.* Itaque calceus daturus illi, cui repudium fibas, eumque se recipiebat, ostendens eo significari, quod deinceps jus haberet calceandi, & colendi hereditatem, ut propriam.

Hinc in persecutione Absalonica, David legitur exivisse Hierusalem r. *Reg. 15.* ac contendisse eivum olivarum nudis pedibus, indicans se coactum illi cedere civitatem, & regnum. Idem Idumæam sibi armis subacturus, dicebat *Psalm. 59.* in Idumæam extendam calceamentum meum, quasi diceret, ego eam jure, & armis mihi vindicabo.

Constat quoque, quod domus cedentis propinqui in perpetuum infamia notam vocabatur domus discalceati, opprobrium nimirum ad posteros transeunte, ne quis facile in fratres defunctos, eorumque viduas foret injurius.

Ergo calceorum solutio, humilitatis, & submissionis, servitutis quoque, & cessionis testera, ac nota erat.

Fuerunt discalceati hæretici, teste S. Augustino, qui volebant Christianos incedere excalceatos, exemplo Christi, & Apostolorum, quos tamen sandalia gestasse, ex superioribus constat.

De Religiosis Excalceatis, quæ Tit. de Religione. CALCEO FERIRE. PERCUTERE.

Fames ex squallore infestavit Delphos, quia domus Regis supplices eum liberis, & conjugibus projecti sunt. Ille satiam, & legumina nobilioribus eorum præbuit. Neque enim sufficiebant omnibus. Cum obtulisset fe Charila puelle aduic parvula parentibus orba, quæ precibus eum urgebat: percussit hanc calceamento, incussitque illi illius faciem. Quæ quantvis pauperula, & desolata, moribus tamen non degenerat, abscessit, solutoque cinctu seipsum suspendit. Gliscente fame, accedentibusque morbis, respondit regi vates, propitaret virginem Charilam, quæ sibi mortem ipsa obulerat. Ut tandem id nomen casæ calceamento puelle competerent fuisse, nustum lustrationi sacrificium susceperunt: quod etiam nunc nono quoque anno perpetrant: Præsidet rex, farina, & legumina omnibus peregrinis, & civibus largiens. Adducitur Charilæ puerili specie simulacrum. Postquam omnes jam acciperent, cædit rex simulacrum calceamento, quod princeps Thyadum tollit, portatque ad locum canum, ubi loco simulacri funiculum deligant, idque defodiunt, quo loco strangulatam tumulaverunt Charilam. *Plut. in q. Græcis.*

Limigantes Sarmatæ excursionem in Romanorum Pannoniam facta, pacis exposcendæ simulatione ad Constantium Imp. Syrmii agentem admitti erant. Ibi viso Imperatore ex alto suggestu jam sermonem parante lenissimum, meditanteque adloqui velut mortigeros jam futuros. Quidam ex illis furore percitus calceo suo in tribunal contorto, Martha, martha, quod est signum apud eos bellicum, exclamavit: eumque secuta incondita multitudo, vexillo elato repente barbarico ululans in ipsum principem impetum fecit. Qui cum ex alto despiciebat, plena omnia discurrentis turbæ cum missilibus visidisset, quia neque cunctandi aderat tempus, neque cessandi, equo veloci impositus cursu effuso evasit. *Marcell. l. 19.*

Calculus.

Uti est Instrumentum ludi, quem Latruncularum ludam vocant. Consule Tit. de Ludis. Uti est morbus, sive affectio mala corporis. Quæ afflicta.

CORPORIS

Curatio divina virtute facta. Consule Tit. de Sanitate.

CALCULI SPECIES VARIÆ, ET MORTIFERÆ.

Cerebri.

Impensis quidam tenuis fortunæ homo per multos annos continuo, & acerbissimo capitis dolore affectus, quem clui mori se contraxisse affirmabat, à Maurici Saxonia Ducis medico Jo. Praelio, qui diu in Italia medicinam fecerat, & Florentino etiam xenodochio præfuerat, incasum curatus, post

post mortem factus, in cerebri substantia lapidem cinereo colore, forma, & magnitudine moro similem, habuisse deprehensus est. Joan. Kentmannus de calculis in humano corpore genitis.

Hepatis.

Hieron. Scriba Norimbergensis, Valeri Cordimediici studiorum, & Jucinerum Comes per Germaniam, & Italiam, Lutetia an. 1547. cum insigni medicæ Reipub. dolore expiravit. Tres lapides in hepate ejus reperti. Maximus dimidium columbæ ovum aequabat. angulosus, lividus, solidus, panniculo hepatis contiguus. Sic & cæteri. Joan. Kentmannus de Calculis in humano corpore, ex Gasparo Peucepi de Divinationibus.

Fellis.

Maternus Badoehornus, Badoehorni I. C. Lipsensis cof. frater, juvenis eruditus, & humanus, ex Italia reversus queri sensim de stomachi, & hypochondrii dextri torsionibus, & nauca cepit. Secuta atrophica, alij adstrictione, vigiliis, melancholicis imaginibus, ita ut phitri haustu suspitione medicis iniiceret, anno 1551. ætatis 29. tabidus expiravit. Aperto cadavere, reliquis visceribus integris, cor tantum tabe aliquantum affectum fuit. In fellis autem folliculo reperti xxi. calculi, sublueti, angulosi, pisorum alij, alij fabarum magnitudine. Joan. Kentmannus de Calculis in humano corpore.

Christiani III. regis Daniæ aperto cadavere anno 1559. in fellis vesicae partes calculi, sed numero plures, reperti. Maximus verò unus quadrangulus, colore ad prasinum accedente, in eadem ejus Frederici III. Saxonie Ducis cognomento Prudentis Gabriel Fallopius in postrema Anatomie administratione, quam an. 1562. Patavi obivit, esse Cujusdam cxxi. calculos exivit, quorum unus semiovi gallinacei magnitudine, latus magis quam rotundus, digitum crassus, multis tuberculis asper, levitate topii, colore luteus erat: pauci modicas fabas, plerique pisa aequabant. Joan. Kentmannus de Calculis humani corporis.

Renum.

EMICURUS Atheniensis Philosophus, cum calculo uricæ meatu obstrueret, in calidæ aquæ pelvim descendit: & haudivero, cum amicis monitorum suorum memores esse iussisset, inter media verba philosophicè defecit. Laertius in ejus vita. VIGILUS Pontifex diuturno carcere exercitatus à Theodoro Augusto Constantinopoli, tandem Narsetis opera vinculis solvitur. Sed quem tot mala perdere non potuerunt, Italiam repertentem, calculi morbus sevisissimus Syracusis extinxit. Sab. 18. Em. 8.

Vesicae.

FRIDERICUS III. Saxonie dux, anno 1525. quinta Maii obiit ex calculo vesicæ prægrandi, cuspidè in cervicem, quâ urinae meatus pateat, porrecta, latiore parte in vesicâ hærente. In cysti itidem fellis quadrangulus lapis, articuli magnitudine, prasinus colore inventus. Denique è dextri renis lacuna alius evulsi, duorum articulo rum magnitudine, subrutulus, circumcicta à lithotropis medicamentis erodius, ut urinae via pateret. Joan. Kentmannus de calculis hum. corporis.

Calendæ. Alii Kalendæ.

Quæ, & quibus rebus Nobilitatæ. Quere Tit. Dies, S. Dies chronologicè considerati. Item, Dierum usus secundum seriem Calendarii.

* Calendarium.

Calendarium dicitur est, diarium scilicet, in quo singularum mensium Calendarum cum cæteris diebus describitur. Ephemerides vulgò appellant, ab epi, & huius, quod diem significat. Mos enim erat Romanis, ut singuli tabularum scriberent, in qua cujuslibet diei actus describerent. Etiam libros fœneratorum, quibus rationes suas annotabant, Propertius Ephemeridas vocat: Calendarium Seneca, & Martialis.

CORRECTIO.

Julius Cæsar tertio suo consulatu, confecto bello Africano, Calendarium emendavit, annum scilicet ab V. C. 706. Qui annus confusio nis ultimus 443. dies præparavit.

Solennis. & multorum calculo probata fuit emendatio Calendarii, quam fecit an. 1582. Gregorius XIII. Pontifex Max. Cum enim non ignoret variis erroribus obnoxium, illud adhibita insignum Mathematicorum industria emendandum censuit. Itaque evocatis undique peritis illius artis, confusione omnem sustulit, menses, dieque præcurrentes retraxit, ac labantem Festorum rationem juxta Nicenæ, & Alexandrinæ Synodi normam restituit, dempsit è mense Octobri anni m. d. LXXXII. diebus x. & æquinoctio verno decembris 12. die Martii assignato, Epactique ad Lunæ mutationis designandas in auri numeri locum substituitis, certisque regulis datis æternum duraturis. Quod Pontificis factum orbis Christianus ob stupuit, exceptis nonnullis, qui magis odio Pontificis, & religionis, cujus ipse est caput, quam quoddam factum culpant, emendationem illam non receperunt hætenus. Certè Academia Bononiensis civis hoc Mæmofonium posuit.

GREGORIO XIII. PONT. MAX.

Annuarum Revolutionum scilicet. Restauratori. Tempora, qui seros Phabi referentia grati. Toto, janis fenex, orbe venie facis. Scilicet ut redeat nunquam revocabilis annus, Atque suam teneant festa sacra aitem: Ne tu caliculis gratum, atque perulite nobis, Immortale tibi concis auctor opus.

Laur. Beyerl. in Chronico, circa annum M. D. LXXXII. in vita Gregorii XIII. Vide supra nonnulla in loco de Astrol.

Calliditas. Callidi.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Callidos dicimus, quorum animus rerum usu concaluit, à callo sumpta Metaphora, qualem pè longo labore facit. Unde callere dicimus, estque callidè scire: Quomodo Juvenalis ait:

Ostrea callebat primo deprehendere morsu:

Et dicit Cic. l. i. Offic. Scientia, quæ remota est à Justitia, calliditas est potius, quam sapientia appellanda. Differt autem à verstita, quod ea acumen ingenii majus exigat, & in sermone potius sit, quam in actione.

CERTAMINA.

ASTUTIE, CALLIDITATIS.

In Rhodo insula Phœnices duce Phalantho contra Iphicolum duce Græcorum pugnavit. Cæterum oraculi ambagibus deceptus Phalanthus cum Iphicolo egit, ut sibi cum suis exire liceret. Ubi ille assensit, Phalanthus vestimas interfecit, carumque venres purgans, in his aurum, & argentum exportare conabatur. Quod ubi sensit Iphiculus, prohibuit. Asserente jurjurandum Phalantho, quod juraverat se sinere exportari, quidquid in ventre ferret: contra hic captiosè egit, navigia nuda ipsi tradens absque gubernaculo, remis, & velis: Navigia, inquit, se jurasse daturum, aliud præterea nihil. Cum ita perplexi essent Phœnices, multos nemos humi defoderunt, ut aliquanto post accedentes eos caprent, multos etiam reliquerunt Iphicolo. Athen. l. 8. c. 11.

Lysander Lacedæmonii missa scytala domum revocant. Is metuens accusationis Pharnabazi fatrape, qui gravior erat Lacedæmonis, dedit operam, ut cum illo veniret in colloquium. Ab eo multis precibus impetravit, ut scriberet magistratui, se nullis ab ipso læsum injuriis. Pharnabazus cum Cretenis, quod ajunt, cretensians, conscripsit epistolam ex Lysandri sententia, quam illi legendam tradidit, sed clam scriperat aliam ex sui animi sententia, sigillo, & inscriptione tam simili, ut dignoscere non quiret altera ab altera, camque tradidit Lysandro. Is nihil suspicans, reddit. Quam læctam, cum illi commonstrasset Ephori, Lysander intellexit, non solum Ulysem verurum fuisse. In hac ferè sententiam Plur. in Lysandro.

Romani cum in Tarpejo sordientes delubro fundamenta, caput humanum invenissent, missis ob id à Senatu legatis, Hertruriae celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id, fortunatumque cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentavit, scipione prius determinata templi imagine in solo ante se: Hoc ergo dicitis, Romani, hic templum Jovis opt. max. futurum est hic caput inventum? constantissima annalium affirmatio, transcursum fuisse fatum in Hertruriam, ni præmoniti à filio vatis, Legati Romani respondissent: Non planè hic, sed Romæ inventum caput dicitur. Iterum id accidisse tradunt, cum in fastigium ejusdem delubri præparata qua-

quadrige filles in fornace crevissent, & iterum simili modo a retentum augurium. Plin. l. 28. c. 2.

EXEMPLA VETERA, ET APOPTHEGMATA. Simonides interrogatus, quam ob rem, cum esset jam homo senex, & morti proximus: tamen adeo esset attentus ad rem? Quoniam, inquit, malum moriens inimicis relinquere, quam vivus carere amicis. Callidè autem taxavit hominum mores, qui dum sperant bona se olim consequuturos, obsequunt non securi, negligunt. Erasim. Rot. lib. 6.

Phryne Praxitelem, à quo deamabatur, rogavit, ut ex operibus, quod haberet pulcherrimum, sibi donaret. Promisit quidem amans: sed illa intellexit artificem dissimulare, quod esset domi suæ optatum. Clam igitur subornavit servum, qui Praxitelem in foro sua vendenti diceret, domum suam maximo flagrare incendio, & plerique jam incendio consumpta esse. Praxiteles interrogat istam interrogat, an Satyrus, & Cupido superasset: Quod cum meretrici audivisset, ait, salva esse omnia, & cupidinem sibi dari iussit.

Demosthenes ancilla quædam depositi nomine pecuniam acceptat à duobus hospitiibus, ea tamen conditione, ut eam utrique simul redderet. Horum alter post tempus aliquod lugubri veste, & squalidus, focii mortem simulans, decepta muliere pecuniam abtulit. Post menses aliquot venit demum alter, depositum efflagitans. Verum cum ferè jam desperaret delusa mulier: Demosthenes ei patronus adfuit, qui cum in advocacionem venisset, sic negotium abfolvit. Parata est mulier, ut fidem depositi solvat: non tamen fieri id poterit, nisi socius quoque adductus fuerit: quoniam ab ipso modo audivimus, hanc legem dictam esse. Ne deposita pecunia alteri sine altero nequeat. Et hac calliditate servavit mulierculam, & elusit nebulorum depositum improbè efflagitantium conspirationem. Plur. in Demosth.

Alta calliditas erat, quam Hannibal usurpabat, cum à Julio Consule navali prælio victus esset. Prius enim quam cladis acceptæ nunciis Carthagine veniret, quendam ex amicis suis quem celerissime consilium misit, quid factu opus esset, cum Consul Romanus maxima classe advenisset. Conclamar Senatus prælium in eundem, utque hoc decerneret, strauunt. At ille: Conflinximus, & superati sumus. Siluerunt unversi, nec quikquam damnare potuit, quod fieri debere omnes judicassent. Valer. l. 7. c. 3.

Lysander Lacedæmonius dicebat se ex Herculis profapia oriundum: cumque plura per dolum faceret, & quidam ioco ei dixisset. At Hercules omnia per virtutem agebat: Ille subridens; Corpus, ait, sium iste pelle leonistægebatur: verum ubi ea non sufficienter te cooperit, vulpecula pellem asuere consuevi. Franc. Patric. l. 6. Tit. 16. de Iust. Princ.

Alchimenis sculptoris astutia laudatur, quod cum imaginem Vulcani Atheniensibus sculpterit, pedis vitium veste operuerit, veluti gressum retraheret, sic nec manifestè claudiebat, sed illud vitium cogitatione pensandum reliquit. Ad eundem modum Apelles Antigonis simulacrum efformans, nè effosii oculi deformitas emerteret, illum tantum altero latere ostendit, altero ex parte picturæ obverso. Item ibid.

EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA RECENTIORA. Non acumen solum dicendi suum habere venerem; sed magis in eo aliquid calliditatis concurrerit, probat dicto, factoque Innoc. VII. Pontifex. Hujus enim mandato, cum Andreas Mantinas pistor egregius Sacellum in Palatio Vaticano adomasset, Sacerdotum aliquod fidei munus, Latino vocabulo Beneficium, filio suo per Pontificem dandum frustra sperabat. Jubente itaque eo septem vitia capitalia pingere, de industria fecit, ut vacaret locus, in quo ingratitude incem exprimeret. Interrogatus autem à Pontifice, cum septem tantum vitia sint, cur octavum addiderit; Tun, inquit, quod locus vacaret, tum quod nullum vitium ingratitude magis insitum. At Innocentius re intellecta; Rectè tu sanè, ait: at quoniam ex hoc latere octo vitia apparent, quamvis septem tantum sint; ita è regione, septem illis virtutibus, extra ordinem adjupe Patientiam. Bern. Scardeon. l. 3. Hist. Pat. L. Beyerl. in Apoph. Christianian.

Merito priori adiciendus Episcopus anonymus: Burgundi nobiles dum opiparo instructo convivio loci Antifistim advocassent, virum doctum, & læcetum; ut sit inter fermocinandum, quidam mirari se dixerunt, suum Episcopum parum si annos spectent maturum, tantam calvitie gerere, pilosque ante determinatam à natura ætatem decidere, cumque ejus reidiverum motivum, causamque diversi proponerent, quin & medicæ peritos consulendos dicerent; Minimè, inquit ille medicorum consilio mihi opus: non enim natura defecit. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

sum incuto, sed vos ipsos, qui me depilatis. Callidè insinuarbar suos nobiles admodum in id intendere, ut Ecclesiasticorum Prælatorum possessiones imminant, & quilibet pilum aliquid suo capiti ex aliena casarie reportet. Aut. serm. convival. Item ibid.

Civiles nunc producimus, & inter eos primum virum nobilem è familia Sigismundi. Ille etenim, cum Sigismundo stentem equo traicente, forte equum in mediis aquis urinam dedere conspiceretur, faceret & callidè, quàm hic equus perfamilis, ait est domino suo. Ejus autem rei causam requirenti Casari, eadem qua prius libertate: Hic enim equus, inquit, hujus fluminis abundantiam sua urina augere amplius nititur, ita etiam tua Majestas erga eos se exhibet liberaliter, quibus est omnium rerum ubertas: Callidè licet jucundè insinuat Imp. debere esse erga quosvis beneficium, qui bene de se meriti. Ex Mattb. Casar. Her. virt. Beyerl. supra, Tit. callid. di. 8.

Faceret ille, hic graviter. Cum enim insidiis, armisque Pauli Ursini exterritus profugisset urbe Roma Franciscus Sfortia, & in Algidio castra metatus esset, missus ad eum S. Angeli Cardinalis legatus: qui inter alia, An, inquit, Sfortia, Ursinim timentis, cum sis sub columna tutissimus? cui ille exemplò: An non tibi, Pater, infans videbor, si dum frustra à furdo F marmore opem imploro, bellus ingens, dente, ac unguibus ferox, & humano sæpe gressu incens mihi mimimè sit formidanda. Non illepidè remota Columniorum auxilia designans, & Pauli Ursini ingenium depingens. P. Jovius.

Quidam interfuerat orationi admodum insultæ, & nullius generis: cumque eum de re feliciter acta Orator exultans rogaret, numquid bene me oratione misericordiam movi? Magnam, immò maximam, respondebat; & neminem namque fuisse existimo tam durum, cui oratio tua admodum miseranda non sit visa. Aut. serm. convival.

Adjungit se cæteris Huxus Caroli VII. Franc. Regis auspiciis ad versus Britannos Dux. Hic enim dum Rex cunctaretur, ut melius volupcati operam daret, urge, exercitum de necessitate provideretur: cumque eadem à rege expectaret, volupatum apparatus, ludos, & puellas, ei exhibit; & petiitque quid de illis sentiret. Cui Hyrus: Nunquam alium Regem; qui latius sua perderet, me vidisse. Cujus dicti aculeo tactus Carolus respuit. Ex Fulg. lib. 6. c. 2. Beyerl. supra.

In aliena causa iste, hic in propria, postulabat ab Alphonso Castellonensi rege præfecturam Toletanam Hispania quondam ætate tantis gubernaculis impar. Quem cum rex prima fronte reiceret, quod junior esset, indignabundus; Et tu, ait; Princeps, cum adhuc lacte infantem nutrix aleret; jam Rex eras: & quam multi magnis officiis perfuncti, qui pueri tecum luseret. Me ergo, quod tecum nunquam lulerim, quæcunq; ingenioque parum valere existimas? Movit Alphonsum ea libertas; & votique potenter fecit. Ex Ful. lib. 6. c. 2. Item ibid.

Rogatus quidam causam, cur Elizabetha Angliæ Regina, cum esset mulier, & dubia virgo, cui ab Apostolo in Ecclesia silentium præcipitur, tamen Ecclesiæ caput, & Pontifex haberi vellet, callidè, verè, an etiam falsò, non ex animo; respondit, prout subiecto epigrammate indicatur: Sollicitè quærens causam cur Papa vocetur Anglorum virgo, quo diadema gerit. Hanc causam invenio: servorum est serva suorum. Cur ita? se servis subiciit illa suis.

* Caligæ.

Tegumentum sunt tibiurum militibus ustratum. H

EARUM USUS, FORMA, &c.

Ussus erat ab Angelo, Apostolorum Principe è carcere educendus, ut calcaret se caligas suas. Unde per caligas intelligunt interpretes, perones, sive calceos talares, qui medio crure tenus talos tegebant, & à rusticis, sive ægrestibus gestabantur. Hinc & Festus, tibiam calcare dixit, hoc est, ad mediam tibiam. Ab. c. 12. vers. 8. D. Hieronymus, caligam distinguit in vulgarem, & militarem. Athenæus meminit exarmata, & clavate in soleis. Qui obscuriore loco in militia versabantur, & gregariis annumerabantur, vocabantur caligati. Legatur Plin. lib. 7. cap. 43.

A CALIGIS NOMEN DATUM.

De Cajo Imperatore canit Aufonius:

D Cajus,

Calus, cognomen caligæ cui castra dederunt. A quippe ad devincendum animos militum, gestabat caligam militarem, ut est apud Tacitum lib. 1. biff.

Nota quoque apud Capitolinum, caliga Maximi Imperatoris. Caligæ scissæ reprehensæ. Venerat ad Eberardum Barbarum, Principem Sueviæ adolefcentem, beneficium Ecclesiasticum petiturus, cui forte ventus aperuit vestem, sic ut caligæ scissæ militari more apparetur. Quibus conspectis, Princeps acriter eum oburgavit, quod habitu tam scurrili ambire beneficium præsumeret: eumque spe sua delusum dimisit. Georg. Richt. in axiom. Polit.

Calix. Calices.

Quare Tit. de Sacrificio, sub Sacrificio novæ legis, S. Ritus, in Cæremone de vasis sacris.

* Calor.

EJUS DIGNITAS.

Inter primas qualitates cuilibet Elemento proprias, excellit calor, quem Sepius Græci, & Chom Hebræi dicunt: tum quod actuosior aliis, tum quod magis universalis, tam in artificialibus, quam naturalibus. Unde ignis artium magister dicitur à nonnullis: & naturam, ignem artificiosum vocabat Zeno, apud Cicero. lib. de natur. Deorum.

C A U S A.

Caloris celestis causa, est nobilissima qualitas corporea, nempe Lux. Quamvis latentis celestium corporum influus pariant in mundo sublimari pro diversitate rerum subjectarum calorem, frigus, humorem, siccitatem.

Lux itaque supæ natura calorem efficit, ut constat experientia, quomodo Solis calore corpora inferiora calefiant, quamvis Durandus id fieri merito corporis, in quo inest, si virtute fit calidum, tenere videatur, num. 2. dist. 14. q. 1.

Motus etiam causa est calor in rebus sublimaribus. In ventium corporibus res clara est. Etiam in aliis inanimis videmus tritu duorum lapidum, ferro filicum ignem elici, mare ipsum ventorum agitatione calefescere. Fit autem hoc, quod per motum attenuentur partes, atque inducatur raritas, cuius comes est calor. Ita Albertus M. & communiter Physici. Hinc fit, ut corpora quo solidiora sunt, eò calorem promptius emittent, ut ferrum magis quam ligna, aut alia quæ leviori calore constant.

D I F F E R E N T I Æ.

Calorem distinguunt nonnulli in Celestem, Elementarem sive Igneum, quæ Nativum, qui et vitalis, et animalis. Omnia enim, quæ vegetantur, calore vivunt. Et volunt hos calores specie distingui. Verum sententia recentiorum receptorum est, omnes hos calores in unam speciem infimam convenire. Vitalis autem calor sedes est cor, ex quo in alias corporis partes diffunditur. Legatur Arist. lib. 2. de gener. & corrupt. c. 3.

Præter hos calores est alius aceticus, qui velut supplementum est nativi, quod abundat juvenes, in quibus plus sanguinis, & influentium spirituum, ac biliosum humoris: quæ omnia calida sunt.

Vide Titulum de Passione animi, S. Passione animi motum consequente. Mortui defectu caloris nativi. Vide Tit. de Morte.

* Calvities. Calvus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Calvitium Arist. lib. 5. anim. cap. 11. definit levitatem capitis & communiter desolium capillorum dicimus, à calva, quæ est os capitis, quod cranium vocamus, in quo capilli herent. Græcis φαλακρός Hinc calvus φαλακρός, cuius caput est absque capillis. Sic Ovidius canit: Turpe pecus mutillum, turpis sine gramine campus: Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

* CALVITIEI ORIGO.

Calvitiei causam Philosophi volunt inopiam calidi humoris, quo deficiente, radices capillorum inarescunt: quo fit, ut plerumque priore capitis parte calvescamus, quod in ea cerebrum promineat, & suo frigore pellat calorem illum.

* S U B I E C T U M.

Calvities propriè homini competit, quia humidissimum, & amplissimum inter animalia, servata proportione, cerebrum habet, ut docet Arist. lib. 5. de gener. animal. c. 2.

Quamvis in avibus, & plantis similis etiam affectio reperitur. Plantarum namque aliæ perpetuo frondis honore videntur: aliæ definito mensis curriculo cas exuunt. Avium etiam quedam cæto fe tempore abduunt, ut pennas deponant. Quin in ceteris animalibus pilosis advertimus, quod quotannis pilos deponant, & alios resumant. Etque talis affectus in illis, calvitium in hominibus. Ægyptii autem rarò calvescunt, quod à puero capillos radere soleant, & cranium ad Solem obducent, ut notavit P. Camer. in oper. subcos. Cent. 1. c. 24.

CALVITIEI EXEMPLA.

Quomodo olim probro data.

Elisæus propheta ex facta historia ob calvitiam à pueris irritus fuit. 1. 4. Regum.

Myconi infulares capillo carentes gignuntur. Plus. l. 1. c. 37. F

Eapropter Myconios quidam calvos appellat. Strab. lib. 10.

In Scythia propè Rhipheos montes Arymphæi incolunt sub excelliorum montium radicibus, homines quidam ab ipso naturali calvi, maris pariter, & femine: fimo quoque naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris fono, Scythicam gestantes vestem, ex arboribus vibrantes. Herod. 1. 4.

Orgenipei neque pilos habent, nec anime videntur. Sunt autem calvi, non ipsi modò, verum etiam mulieres, idque ajunt accidere propter aquæ vim nativam, quam bibunt. Erasim. in Adag.

Agathocles Sicilia tyrannus, cum caput ei paulatim defluentibus capillis denudaretur, pudore ductus, myrta coronam crinem obtexit, quæ quasi velum erat, & tegmen calvitiei. At id Syraculos latere non poterat: silentio tamen involvere cogebantur propter impiam tyranni mentem. Ælian. lib. 11. de Var. biff.

C. Julius Cæsar calvitie deformitatem iniquissimè ferre solebat, obrectatorum jocos obnoxiam sæpè expertus: ideoque & deficientem capillum revocare à vertice adfueverat, & ex omnibus decretis sibi à Senatu, populoque honoribus, non aliud aut receptavit, aut usurpavit libentius, quam jus laureæ coronæ perpetuò gestande. Milites certè in Gallico triumpho jocabundi vociferabantur: Uxores vestras fervate cives, vobis mæchum adduximus calvum. Suet. in Dion.

Erat calvitio deformior Tiberius: proinde in spectaculo quodam Sejanus ad ejus ludibrium per calvos effici omnia curavit à matutina hora in vespertinum: quin & puerorum capite deraso, ad quinque millia exeuntes ibi & theatro praluxere, unde Sejanus ex eo dixit omnes calvi, inquit Dion. Porro in Caligula scribit hic idem, cum isturbam effit intutus, seu vindictorum, seu aliorum quorundam, imperavit hinc illi, ut se calvum, & circa verticem nullo fuit, hirtus cætera, ut Capram nominare capitale fuerit illo imperrante. Sæb. 1. 2. Eon. 7. ex Suet.

In Marinum Martialis: Eppigram. l. 10.

Rarus colligis hinc, & hinc capillos, Et latum nitida, Marine, calva Campum temporibus tegis comatis Sed moti redeunt jubente vento, Reddunturque sibi, caputque nudum Cirris grandibus hinc, & inde cingunt, Inter Splendorophorum, Thelephorumque, Cidæ stare putabis Halmystaten, Via tu simpliciter senem fateri?

Otho Imp. calvus fuit, malèque pedatus. Suet.

Ad Phœbum Martialis. Eppigram. l. 12.

Hedima tibi pelle congesti Nuda tempora, verticemque calvæ, Festivè tibi, Phœbe, dixit ille, Qui dixit caput esse calceatum.

Domitianus Imp. savitia Neronem exuperans, quia calvus erat, maledictis populi Nero calvus appellabatur. Propterea de eo Ausonius: quem calvum dixit sua Roma Neronem. Turnebus l. 12. c. 8. Adversariorum, Calvitio ita offendeatur, ut in cõtumeliam suam traheret, si cui alii loco, vel jergio obgeretur: quamvis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit, & illum simul, seque consolans, inferuerit: de ipis dicit

A fata & forti nimo ferro comam in adolefcentia senescerem. Scias, nec gratius quicquam decore, nec brevius. Suet.

Carolus II. Imp. Calvi cognomen à calvitie usurpavit: Scripsit in ejus laudem Hugobaldus monachus Elvonenfis Eclogam de Calvis centum triginta sex versuum, qui omnes cum lingulis dictionibus à C, littera incipiunt. At si quis laudes calvorum uberius legere cupit, is Synesium Cyrenensem adeat, qui calvitie encomium Græcè elegantissimè scripsit, à Joanne Phœa Britanno Latinitate donatum: contra Dionem Chrystoffomum, qui comatos extulit. Ubi argumenta ingenii plena invenies pro calvis contra comatos. Quod idè hoc loco annotavi, quoniam & ego ex eorum numero sum, inquit Culpinianus, & lata calva sæpè quibusdam ritum morvo puellis, quibus admodum placui adolefcentis comatus.

* Extat apud Petronium in calvos elegiarum Bimolipistale. Quod solum forme decus est, & cecidere capilli, Perstantesque comas tristis abegit hyems.

Nunc umbra nudata sua jam tempora mœrens, Aræque attritis videt adspæ piliis.

O fallax natura Deum! que prima didisti Etati nostra gaudia, prima rapis.

B & quidem senibus continuo ob oculos versari debet, quod sequitur apud eundem. Ut marem citius venire credas, Scito jam capitis perisse cretam.

* Elizabetha Angliæ Regina nupè defuncta, quamvis in publicum prodiret frequenti capillito decorata, calvam tamen diu fuisse memorans, sed vitium illud natura celasse, nec ullas conscientias, nisi que in Gymnæo ancillabantur. Unde cum eam administrulo ad Regine offensæ Gymnæcum fortè venisset Comes Effexius, tamque femundam, & capite detecto, ac propter calvitie insignem deformi reperisset, in tantum multèbris impotentia exaruit, ut eum proxtinus limine abscedere juberet: Heroïnas quoque quæ admiserant, ministerio abdicaret. L. Beyerl. in Chron. an. 1061.

Refert Grandinus de malef. in trad. pan. n. 56. incendiarios silvarum, & fures, aliquibus castibus in Longobardis solere decalvari, si secundo in furto fuerint deprehenti.

* ENCOMIUM ET LAUS.

C Devenit ad manus meas Æloga de Calvis, dicata Carolo Calvo Imp. ab Hugobaldo Monacho Elvonenfis Ord. S. Benedicti, qui claruit anno 880. cujus initiales omnes incipiunt à littera C, quæ quod & antiquitatem, & ingenium authoris referat, ac propositum argumentum laboriosè pertractet, digna nobis visa, quæ his publicetetur.

Proœcium in quo invitatur Camenæ ad persolvendas laudes Calvorum.

Carmina clarifona Calvis cantate Camenæ. Comæ condignor conubor carmine calvos Contra cirrosi crines confundere collis. Cantica concubere calentes clara Camenæ, Collaudent calvos, concludant crimine clavas Corpore conantes Calvos crispante cacbinno. Conscendant sibi Calvorum causa cocumen. Consciant, cuncti conerato crime comati Cerrito Calvos calentes carmine cunctos. Consona conjungim canentur carmina Calvis. Quod Calvities veluti quodam præfagio futurorum, quibusdam provenire videatur.

D Carmina clarifona Calvis cantate Camenæ. Cum crescit calvi capitis cervicæ corona. Confortem clerici consignat consore calvum Capturam clarum Christo cedente coronam: Cui crines capitis, convellens crimina cordis, Corde creatorum conspiciat, corpore cultum. Calicolas sives, cupiens comingere cultu. Crimina cum curis contemnat cuncta cadacis. Culi consensum, concentum calicolarum Concipiens cupidè, collaudat cuncta creantem. Calvos, Camores, Abbates, Doctores etiam & Episcopos, esse, ac Sacerdotes.

Carmina clarifona Calvis cantate Camenæ. Conjubulant calvo cello clamore canori, Continuantque ebore castas cantare choros, Conformes capiti, concordia corpore cuncti. L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

Complicitas clerici contendunt condere calvas. Corrupto cornu, callestia classica clangunt: Consciant charum Christi cognominat christina. Consciant cuneo conspersos christinate catus. Consciant Christi connotas cuneo, cruro, & c.

Calvos Cænobitas, Palmistas, Grammaticos esse, & Poetas, atque Scribas plurimè abstinentia.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Complures calvos cogunt castissima castra. Cætica certatim celebrantes cantica Christo. Corpore crine carent, collustrant culmina cali, Calica concipiunt, cobibent curare caduca. Componunt chartas: concinnant carmina clara. Catholicum canonem certum conscribere cunctos. Commulcent carnem: congestant corde calorem. Constantem, castum: communi currere cursantem. Contendant celeres, calique capessere culmen. Quod Calvi Reges sint, & Imperatores, Consules quoque Legislatores, & Judices.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Conregant calvi: consendunt culmina clari. Conspicui compi: crista cervicæ corona. Clementes consu condunt consula clientum. Concinnos cano, condemnant crimina cali. Consorem calvum censuram condere constat. Cordacem calvum, cordatum credo cavendum. Calvitem calvos cæcari corpore censet. Calvitium calvi cæcatus corpore cesset. Cessa calvosrum (cessa) corroderet, cessa calvosrum Laus Calvorum ex pericia artis medicine tam pharmatiæ quam chirurgiæ.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Comperies calvos columen conserre cerebro. Comperies calvos capitis rarare carbaros. Comperies calvos cæcæ curare cavernas. Croniacum canero, ediditque cæcæxia cali. Gardia cor carpos castare, colica cesset. Contrellant ebalthem consissa carno coereet. Corruptum capitis colica cervicæ cruroem. Cur complara cano? elandestina cuncta caduca. Corpore conspiciat, conspiciatque corpore curat. Quod Calvi sint duces exercitus, ipsi etiam bellatores docti, & robusti.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Conducunt calvi cuneos certamine claros. Compugnant calvi cristati castide cuncti. Contorquent, crispant celeres cum cæde cætervos. Comprudent cirros, contendunt calco consors. Cuspide consodiunt, capulo consisa consors. Colla cadunt, celebrans calvi clamore celestima. Commotus certare catus certamine calvos. Conculcat, cadit, crinitos cadere cogit. Captivos captat, captos cervicæ coardat. Invechio increpationis adversus cavillatorem calvos conciviantem.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Corde carus cirrose, cave certare creatis. Conviciumque creature condicere cessa. Condisa cancipotens causuram cuncta creatorum. Constituit: curamque cavens conserre creatis. Cætera curvatis, clarum consurgere calvi. Concedens culmen, cui cedere cuncta cogit. Cervitus cur conlatrat clamore canoro. Considerat calvum conspiciat cæcæbita cano? Coniceat citius cenosa calumina cæjus.

Item adversus eundem: conlaus Calvorum de humilitate, & charitate, atque castitate cordis, & corporis eorum. Carmina clarifona calvis cantate Camenæ. Complex carnisficum, corium convellere calvum. Cur censet? cordis convellit crimina calvos. Cur censet capiti cineres conspergere calvo? Cognoscit cinere calvos conspersere corpus. Cur censet calido carnes carbone cremari? Cur censet calvi Christi conspiciat calore? Cur censet calvum castriari corpore castum? Corde tenus cunctis castriatur consito culpæ. Carmine carnisficans calvum, conspice cavillam. Exprobratio carminis ejus comparadigma de Heliozo propheta calvo, cum pueris illis insultantibus.

Carmina clarifona calvis cantate Camenæ.

Carminibus caeco calaris conjungere caeca. Calceus caeco calcanda calumnia calce. Canosus canosa canens concludit cannam. Censeatur certe censorum codice cautum. Clarivolum calvum, cui conscia calica cuncta. Comotum calvum, circumlatrare cacinno. Clamantes conscende circum concondito calve. Condemnasse caecos: consilium erimina clarent. Convicii corvosa cadunt, cum corpora carpam. De egregio Paulo Apostolo calvo, qui a Christo vocatus, caecatus sit, raptusque in tertium caelum.

Carmina clarivona calvis cantate Camena. Carmina calvorum cumulentur, carmina calvi Conspicui: ejus crudelis caecus caedis. Constituit Christi cultores carnificare. Conjubilent circumfulgente charismate calvo. Caecato cuncta Christi clamore citato. Corruerat caeco calvisis cuspide comi. Consequitur caput confectionum culmine cali. Clarivolo cervens conspectu cunctipotentem, Confore ceu cuius claret calesse cacumen.

Quod ex persecutore factus sit praedicator, & quod comam nutrire, & turpem vetat sermonem proferre. Carmina clarivona calvis cantate Camena. Conglomerat choros, calvo celebrare choros, Consuram celebrem calvum cambisse colendum Comperimus, cali: consui consula cavendi, Crimina consulat: canosi cuncta coerces. Crimina consulat: canosi cuncta coerces. Colloquit, cunctis communia commoda consolat. Consummate cirros: collegia civica condit. Conciliando conponitur Christicolarum. Corda ceteri capiti corpus conjungere certant. Cervitus celebres caecis contemneret calvos. Alloquitur Poeta Camenas de cavillatore, insinuans tum Calviregis judicio caecatum.

Carmina clarivona calvis cantate Camena. Crudelium calvos caeco canamine cunctos. Carpere canantem, compefite crimine captum Convicii commentantem commenta caducas. Concito convicium caecis concludite clausuris. Calvoaster censor caecis crimine captum. Censeat caeco canis caesa contemneret calvum. Conquisisce canis, conjungens crimina calvis. Conquisisce canis, cessans corrodere calvos. Epitoma laudis calvorum a corporis situ, & pulchritudine, & quod Calvus microcosmos sit.

Carmina clarivona calvis cantate Camena. Concilium clarum calvorum congere caetum. Cum canis calvum cali comprehendit ciclum. Calvitiis culmen, cali cognoscito centrum. Circuitu cosmi commendant caetera calvi. Calvos conscia: candentes congere calvos. Cinthia cessabit crises conserere colores. Connuca contenebrans caeco concretescere calvis. Confluens calvi, calvum cassida calvi Conutilans, cali ceu copia clara, corasceat. Clausula. Carmina clarivona calvis cantate Camena. Conveniet charas clausuris componere Cannas. Complectur claris carmen cantabile calvis.

Calvaria. DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. Calvaria vocatur totum caput crine nudatum, tam hominum quam Brutorum. ab ἄβρῆμα, Graecis, a calva ita dictum. Vide illius descriptionem apud Celsum lib. 8. cap. 1. Calvariae vero loca publica suppliciorum appellantur.

Calvaria. DEFINITIO, & ETYMOLOGIA. Calvaria vocatur totum caput crine nudatum, tam hominum quam Brutorum. ab ἄβρῆμα, Graecis, a calva ita dictum. Vide illius descriptionem apud Celsum lib. 8. cap. 1. Calvariae vero loca publica suppliciorum appellantur.

In Platensi stipe Persae caput reperitur, Her. lib. 9. scribit, nulla prorsus futurum commisiura. Cui Atatus succine videtur. Calvaria dicitur ab ἄβρῆμα, Graecis, a calva ita dictum. Vide illius descriptionem apud Celsum lib. 8. cap. 1. Calvariae vero loca publica suppliciorum appellantur.

sunt. Artianus Aethiopum capita futuris nullis esse laxa prodidit. Cael. lib. 13. c. 28. A. L. Herodotus auctor est, specifice se ad Pelusium eorum ossa, qui acie illa occubere, utraque ab alteris discreta, animadversamque a se, & is, qui secum aderant, rem memoratu dignam, quod Persarum capita adeo fragilia essent, ut vel talitro perfringerentur, contra quae Aegyptiorum fuisse dicebantur, tam solida, ut ne lapidis quidem idu temere comminuerentur. Comperit ex his habuisse, Aegyptiorum calvarias, quia ab initio ea gens raderet, & ad solem obdurefceret, diutius necesse in injuriis resistisse: contra in Persis venire, qui pileis, mitriq; tegeantur capita. Sab. lib. 7. Ann. 2.

Calvaria servata, & offensa. Cum Princeps Bironius est Gallia in Angliam a Rege missus trajecisset, comitatus Arvernii regulo, qui habitu, ne noceret, peregrino tectus erat; & quae in mandatis habebat, exposuisset, a Regina Elizabetha comiter exceptus fuit. Atque in intimum conclave perductus, totam suppellectilem Regiam ei exhibuit: inter alia putridam Eflexii Comitum nuper capite truncati calvariem, inquires: En hominem, quem ad hoc honoris fastigium evexeram, quo tandem calamitatis devenit? Feralem illam suppellectilem Byronius exhorruit, ne scius suo capiti similem fortunam impendere. Laur. Bezerl. in Chron. ann. 1601.

CALVARIÆ MONS. Cur ita dicitur.

Mons, in quo salutem nostram Dei filius operatus est, Calvaria dicitur, idque ut veteres plerique tradunt, quod ibi primus homo sepultus, qui caput generis nostri. Itaque exinde ita dictum vult Tertull. lib. 2. con. Marc. Orig. Basil. August. & plures. Alii ita appellatum contendunt, quod esset locus suppliciorum, ubi & hominum, & brutorum calvariae proiciebantur. S. Hier. in Epist. ad Ephes. cap. 5. & in Matth. c. 27.

Calvinista.

Haereticorum omnium flagitiosissimi, non solum in Deum G injurii, & in Ecclesiam ipsius blasphemii, & persecutores, verum etiam in principes, & magistratus crudeliter, & perfidi; ut quorum potestati insidiantur, dominationem omnem spernunt, quodcumque jugum etiam maxime suave excutunt, sceleratissima Satanae servituti, & infidelitatis sarcina onustii. Gens ad quavis flagitia, & crudelitatum portenta novissimi his temporibus ab inferis effusa, proles vero Sodomitica, & Sathanica. De qua illud Joann. Bocbii poeta celebratur. Non Scythia, Caucasos nec quae colit aequalia rupes. Effera gens, tantum feritatis pectore gestat Barbarico: non Etrusci tam dira Tyranni Imperia, horrendo qui funere mortua vivis Corpora jungebat: Tuae quam Calvine Tyrannis, Et portenta tui fuerunt quanta ministri. Consule tii. de Haereticis, & haereticibus, §. Sacra li. decimi sexti.

Calumnia. Calumniatores. DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Calumnia est criminis malitiosa, & falsa impositio, secundum D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 3. Latini a Calvo, quod praefixa voce decipio significat. Fines enim calumniatoris est decipere. Graeci vero ἀβροχολος dixerunt, quod quasi penetret, ac traicitur linguae virulentia. Calumniatorum mores eleganter depingit Lucianus his verbis. Id ex omni parte calumniator molitur, ut cum furor, ac veccordia hominis, coram quo res agitur, indefensum reum committat, defensorum partes suas clancularia seclione arceat. Adeo enim hoc hominum genus obnoxium est formidini, adeo nihil audeat palam, sed perinde atque, qui ex insidiis transversus hostem invadunt, ex abdito aliunde specu jaculantur, ut non sit, qui contra vel mittere telum, vel manu contendere possit, hostisque ignarus adversarii, fraudisque inscius peccat. Quod profecto minime fallax indicium est, in calumnia nihil inesse veri, nihil fani profurum. Nam qui accusaturus quempiam sibi conficius est veri, proculdubio, & palam audeat adversarium inceslere, corrigere purgante crimen ferro. Ut

Ut in bello, qui iusta acie vincere hostem palam potest, turpe ducit, astu, & insidiis certare. At hoc genus homines in aulis regis spectare plurimos datur, optimatum favorem hisce artibus ambientes, ubi scilicet & invidia crebra, & variae suspiciones, & assentandi, criminandique occasio multiplex in promptu est, siquidem ibi quo pluribus plura spes ostentat, eo necesse est majore invidia, levioribus odiis, emulatione calidiorie certari. Ille videt licet, quam acres aliter in alterum oculos designat, qua cura observet, veluti singulari certamine compressus, si quid usquam in alterius corpore forte fortuna nudum, aut male munitum conspiciat, quod ferire scilicet possit. Ita studium cuique est, cum ipse primus esse cupit uti proximum deiciat, exturbet, convellat, proculceat. Hic si quis est vir frugi; temere evectur, illudatur, denique ignominiosè exterminatur: contra qui assentandi paulo peritior est, & habilior ad mentendum ingenio, probatur, & superat. Lucian. in Orat. de calumnia.

Jam uti probabilem, & dignam fide calumniam faciant, non quod fortuito casus offendit, prehensant, sed in hoc toti sunt, ut accurato delectu observent, ne quid absonum, aut alienam a causa fide incidat. Adeo rationes ejus quem criminantur universas, in peiorum partem trahunt, suspensas reddunt, quo fidem addant accusationi. Medicum insimulant veneficum. Magnificum civem affectat tyrannidis, tyrannum prodicionis. Interdum auditoris affectus sua calumniis discrimina suppeditat, cum quo si veteratores isti, & nugivendi suas technas comparant, apte illudatur. Quod si auditorem zelotypum norint, annuit, inquit, ille uxori tuae inter epulas, & defixis in eam oculis alio suspitria pectore ducit. Uxor vicissim suave quiddam, & amatorium, alia item, quae ad suspicionem adulterii faciunt. Sin poeticae studiosus, ea sibi arce praeter modum placeat, Philoxeno, ajunt, carmen tuum non probatur hiulcum, lege solutum censetur. Ad religiosum, en ille de pietate, deque Diis male sentit, sacra detestatur, providentiam universi gubernatricem pernegat. Tunc auditor ceu Castro in auriculum immisso excandescit, ut pro te conciere licet, amicum ab se imos animi re ipsa nondum contentè cognita missum facit. Talia serè sunt, quae ab impuris istis consinguntur, videlicet ad iterandos audientium animos maxime accommodata. Tum qua parte singuli praesent, eam possidendum iaculis suis obnoxiam isti faciunt, ne qui auditor subita interturbatus ira, vero cognoscendo colloceat otium: deinde sese purgatum non fiat hominis copia, quem criminis admittit, specifice veri occupant. Et enim duci non potest, quam instructa fit, quantumque valeat calumniae facies, si quando cum cupiditatibus auditoris consistatur. Ibid.

APOPHTHEGMATA.

Hippas, gravissimum rem calumniam esse dicebat, eo quod nulla poena lege sancita fit calumniatoribus, ut furibus, quamvis amicitiam (quae optima esse possessio) furentur. Quamobrem contumelia, licet malefica sit, iustior tamen est quam calumnia: quae quia latet, nocentior est. Stob. serm. 40. ex Plat.

Democritus, gladius quidem fecat, calumnia autem separat amicos. Ant. in Maxim. serm. de vituperat.

Idem dicebat calumnias esse vitandas: multi enim, inquit, veritatem ignorantes, existimationis, & opinionis rationem tantum habent. Anton. serm. de obloquutoribus.

Cleantes, nihil ferè tam malignum esse dicebat, quam calumniam. Haec enim ubi clam aliquem a se persuasum decipit, odium excitat adversus eum, qui nihil est commeritius. Stob. serm. 40.

Socrates, calumniatorem nequaquam admittendum esse suadebat, non enim ex benevolentia tecum, sed malevolentia loquitur. Et quemadmodum aliorum arcana tibi detexit, similiter etiam, quae tu dixeris, exponet aliis. Anton. Melissa, p. 1. serm. 53. Max. serm. 10.

Diogenes audiens aliquando hominem moribus perveris calumnias inceslere Platonem: O he! desine, inquit: neque enim tu male de illo dicendo fidem merebere, neque in te laudando. Stob.

Aristoteles, quam judiciorum metu Athenis profugisset, interroganti cuidam, qualis esset civitas Atheniensium? respondit: Pulcherrima, sed in ea pyrus super pyrum, & ficus super ficum confenscit. Quo dictorio notavit Atheniensium sycophantas, & calumniatores, perniciosissimos bonis viris. El. lib. 3. de var. hist.

Theatidas, cum gladium cote acueret, rogatus a quopiam L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

num esset acutus: Acutior inquit, calumnia, graviter innuens omnium reum nocentissimum esse calumniam. Erasmi. lib. 8. i. Apoph.

CALUMNIÆ IMAGO. Ab Apelle depicta, ex Luciano.

Tabellæ, qua Apelles pictor excellentissimum casum suum, & simul ortum ingenium, noxas calumniae aperuit, posterifque exhibuit, graphica descriptio; quodque calumnia temere credendum non sit, certa per eam instructio.

Ad dexteram tabulae sedet aliquis longis auribus in asini vicem, quales illae feruntur regis Mydae. Is manum comiter offert procul advenienti calumniae. Circa regem utrinsecus mulierculæ duæ, Ignorantia, & Suspicio. Accedit igitur ex adverso calumnia, mulier quantumvis formosa, & compta, astutus tamen, & commota, rabiem, & iram palam præ se ferens. Sinistra faciem gerebat. Dextra juvenem quendam capillis trahebat, manus ad superos tendentem, & Deo omnes obtestantem. Ante ipsam incidit pallida facie, informi habitu acutum, & acre intuens, non ab similibus, qui longo aliquo morbo contabuerunt: quem Livorem esse aliquis facile coniciat. Sed & muliercula dux calumniam sequuntur: F quae adhortantur, & instrunt, & eam ornant. Interpres picturæ aebet insidias, & fraudem esse. A tergo porro paulo longius lugubri habitu mulier subsequitur, in nigra veste, & caque lacera, Percontationem esse dicebant. Atque ea procul venientem veritatem, cum pudore quodam, & limis oculis aspiciebat, excipiebatque.

CALUMNIARI, OBTRACTARE. EXEMPLA HISTORICA.

Sunt, qui scribant, Antimachum recitantem apud Thebas, clauso codice dixisse: καλομαι τον βοτον. βοτον γαρ αυτη εστιν, id est, jure vocamini Bocti? qui quidem aures habeatis boum, videlicet alludens ad etymologiam nominis: bos enim bos, & αυτη aures, atque ex his Boctorum nomen videtur compositum. Erasmi. in Adagii.

Dionysius senior duos Juvenes accepterat multis porbris se, dominatumque suum inter pocula asperis. Hos invitavit ambos ad cotnam. Quorum cum videret locum debacchantem, ac multas nugae per vinum evomentem, alteram non G temere, sed caute poculis indulgentem, illum noxae exemit, ut natura debacchatum, atque ex crapula in convicia effusum: alterum, ut infestum sibi, & hostem esse composito sustulit. Plut. in Apophieg.

Alcibiades cani, quem habebat mira specie septem millibus drachmarum comparatum, caput truncavit: Ut hoc de me, inquit, loquantur Athenienses, nec in aliis sint curiosi. Plut. in apoph.

Olim in Theophrastum philosophum praecipuum metricali quadam nomine Leontium a sua fuit scribere. Itaque Plut. in praef. hist. nat. Ceu vero nesciam ad versus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde inveniret, scripsisse etiam foeminam, & proverbium inde naturam, suspensio arborem eligendam.

Tiberius Caesar Artabani Parthorum regis laceratus est literis, patricidia, & caedes, & ignaviam, & luxuriam obicitis, monentisque, ut voluntaria morte maximo, justissimoque civium odio quamprimum satisficeret. Suet.

* Mydiam quandam Calumniatorem, ut refert Plutarch. H solum dicere, Calumniare audebat, semper adhaerebat aliqui. Facile enim homines auctulant detractioibus proximi, & quantumcumque innocente vire elat, manet tamen in ista plebsque opinio mali, sibi persuadentibus, ut sicuti ex nihilo nihil fit: ita & ex nihilo nihil dicit, quamvis plerumque longè aliter res habeat. Unde inter alia Regius Propheta a Deo postulat. Redime me a calumniis hominum. Et, De obtractatoribus dicit: Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspikum fuit labiis eorum. Et familiare Hispanis, dum filiis suis benedicunt, aut mala deprecantur, etiam hoc vocare, ut a calumniis, & obtractatoribus immunes maneat.

CALUMNIA EXITII CAUSA.

Exempla octo memoriae traduntur carum mulierum, quae viros a se impudicè appetitos, cum eos ad refectendum libidinis suae ardorem flectere nequiverissent, calumniatae sunt postea. D 3

oculi, quos cum semel aperuit, quid in ea non videt? etiam quod non videt. Quid non scrutatur? aperta & aperta. Tiberium Imp. ea oculorum indole fuisse ferunt, ut noctu pariter, atque interdum emerret: de hac appositè dixerim, quæ etiam ea, quæ in tenebris, & solitudine geruntur, explorat. Domum tuam claudis? Penetrabit? Linguam continet? pestis inspicit. Homines fugis? ipsa te inveniet, & ut mufcas, atque ejusmodi minuta animalia nulla cura submoveas: non item ulla cautione istam. Hac Curionum illa gens, quam poeta Comicus scitè depinxit:

*Qui res alienas curant opere maximo:
Qui omnia se simulant scire, nec quidquam sciunt;
Ià quod Regine Rex in aurem dixerit,
Sciunt, quod Juno fabulata est cum Jove,
Quæ neque futura, neque sunt facta, tamen sciunt.*

Atque ex his palam videris, quanta sceleritas sit calumniæ, quæ in turpibus, quam Mendacium genuit, invidia peperit, curiositas educavit.

Agite, sequimini me ad Perniciem: quam alterum velut spatium esse volui mei cursus. Quod tamen priusquam ingrediatur, reficite paulisper animos, & mecum respicite.

Perniciem ego in calumnia validam, & variam invenio: B quantum nec in ullo (verè hoc, non oratorè dicam) viti-
orum Validam idè: quia acutè imprimis, & occultè lædit: Variam, quia in pleraque omni re, & plerisque omnes.

Singula hæc breviter videamus. Acutè dico lædere, & mecum facer ille Vates, qui exclamat, Denteseorum tela & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Nec longè à mente, aut verbis divini viri hic Spartanus: qui interrogatus de gladio, fatine acutus esset: Acutior, inquit, Calumnia, videlicet hoc significans nullam è chalybe, aut ferro aciem esse, quæ confertur possit cum acie hanc linguæ. Quid enim ea non tangat, aut tactum non penetret, ut fulminis subtilis illa vis omnia pervadat: sic hæc quamvis seposita, & clausa perurit. Idque eo efficacius, quoniam occultè, ut addidi, & ex insidiis id facit. Qui vites telum, quod nec vides? Tempestatem nobis nubes denunciant, incendium fumus, hostem explorator, at subita, & improvisa perniciis est à calumniante. Minari eum credis: blanditur. Hostem præferre? amicum, & ea ipsa lingua, quæ te faciatur, verborum prius, immò & laudum illecebris demulcet. Ut scorpionum si manu teneas, ludere paulisper videbitur, mox ferit te obli-
qua cauda: tale immò amplius in isto est, à quo cum lædi nihil times, jam lædit. O fraudem detestabilem! & ex articulo ab Historico meo scriptum? Pessimum inimicorum genus, laudantes. Vena mihi nuda & aperta porrigit, vi-
tabo: si cibo, aut vino calidè mixta, qui possim? non aliter de calumnia censo: quam bono jure dixerim, mel venenatum. Hostem adversum, ait egregiè Sallustius, deprimeret homini strenuo haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare, bonis in promptu est. Itaque Validam ab ea perniciem esse (primo à me positum) satis vobis liquet: nunc quam Varia eadem, audite. Lædit enim, & tangit in pleraque omni re, & plerisque omnes, quod sanè exitium in calumnia adnotes, & præter fortium aliorum vitiorem. Quæ nosam nocere non negaverim, sed quid nisi unam? sed quid nisi uni alterive? Nempe libidinofum me fac: duos impunitè contemno. Pone avarum: tres quatuor pecuniola defraudo. Ebriosum censo unus, aut alter obivus verbera manuum mearum excipient, aut linguæ. At in calumnia res habet aliter: quæ in omnem ætatem, sexum, ordinem debacchatur; calamitas publica & Phæton quidam; ut sic dicam, orbis terræ. Quis tam felix, aut sapiens, qui jactet ab ea esse liber? nemo. Paratum enim, stricturnque lividum illum dentem in omnes habet: sed tamen in eos maxime, qui magni. Quicunque quacun-
que in re excellit: hunc ite depressum, & ut it, qui rure adificia volunt, columnas primo subtrahunt: sic hæc cui perdere genus humanum libido sit, perdit eos, quibus innox publicus hic status. Prudentes, probos, doctos, hostes omnes habet, & eos modo criminationum machinis violentè concutit, modo suspitionum cuniculis calidè subvertit. Varios igitur lædit: sed & varia in re lædit, nec quicquam homini carum, acceptumque est, quod non eripi, certè immuni vides per calumnia technas. Te opes dejectant? si potest, exuret. Alium honores? privabit. Amici quicquam? hic verò vim suam, atrefque exeret: & Lælium à Scipione, Pyladem ab Orestide divellet. Jam quid rerum humanarum carius fama? quæ jure est bonis ante bona omnia & ipsam vitam. Nam hæc utraque caduca & fluxa sunt: &

opes quidem ante nos sapè vita nobiscum semper abit: nomen autem, & fama æternant; & caque sola, cum non erimus, E hic erunt. At qui hæc, unicuique sapientum thesaurum, purissimam vitam gemam appetit, calumniator affidue, & subtrahere, aut maculare conatur omni fraude. Virtutem enim ipsam quia lædere non potest (summum in nobis, propriumque bonum:) hæc lædit; splendorem, lucem & quasi imaginem virtutis. Et quid de hominibus queror, aut rebus humanis? Proh summe Deus! nec tibi quidem parcat, & tuo celo. In rebus enim divinis, & religione invenit jam quòd exagitet; per quod nos, immò teladat. Tua enim illa vox, decretumque est, tua sanctio. Abdita Mentium Cœlesti Menti Reservanda: nec peffloris hujus fibras pulsandas cuiquam, aut referandas, nisi qui eas fecit. At calumnia aliter, & passim jam (ò labem nostræ ævi!) oculos, linguamque illuc conicit, & adita interioris hujus templi scrutatur, & calcat. Ille in religione parum purus est, ille parum foris, tertius parum apertus. Et quid jam superest, nisi ut palam, & per præconem animi nostri lensa citentur ad Calumniatorum hoc tribunal? Homerius ille, me quidem judice, non vatium solum, sed hominum (de profanis loquor) semper Princeps, Aten quamquam deam finxit: à qua in populos derivatæ omnes noxæ, quo fabule involuto calumnia cum tegere, & tangere voluisse tam mihi certum, quam loqui me nunc, & spirare. Nam ita describit.

Perniciosa dea (verba ejus presse interpretor) quæ omnes offendit:

Quæ terram non tangit, incedit autem per capita vivorum:

Quæ Jovem ipsum lædit.

Per vestram fidem, ullusne pictor artifice suo penicillo, aut orator ubere stilo, clarius, expressiusque signaverit germanam calumniæ formam? non opinor. Quæ omnes, inquit offendit nonne hoc ipsum est, quod deoco, passim & omnes ab ea lædi? Terram non tangit certè, raro enim in viles, aut humiles incurrit: sed, quod addit, incedit per capita vivorum: id est, summa petit, & summatus. Quæ Jovem ipsum lædit. Quidni? five quia divinas quoque actiones calumniatur, & carpit, five quod jam dixi, nec religionem immunitem habet improbitatis dentis. Atque hæc noxæ illi sunt, quas privatum adhuc ludit, verè ludit: si cum iis comparas, quas publicè patrat, & in Principum aulis. Hic enim sedes: hic admittis equis læsitivis & currit, & in suo circito. Non mihi fas fingillatim persequi, G (tempus vetat:) breviter hoc accipite. Quod quid fraudum, oppressionum, scelerum usquam, aut unquam in aulis fuit: id mansit ab hoc capite, ab hoc fronte. Alexandrum illum Mængum in tot amicorum neces, quid nisi calumnia impulit? Socratem vita, Rustilium Civitatem, quid nisi calumnia expulit? Tiberios, Caligulas, Neronas, & tot portenta tyrannorum, quid nisi calumnia peperit? & ne vetera tantum cogitemus: hoc, hoc miserimo tempore, fugas, clades, cædes, & maria calamitatum quas patimur, natæ primò non nisi ab rivulis istis in Aula calumniarum. Doletis herere in resp. visceribus discordiarum hæc tela? Calumnia iniecit. Arderet tot jam annos hæc civilium bellorum? Calumnia accidit. Nec quidquam malorum videmus, aut vidimus, quod non ab hac scaturigine diffusum. Populi in reges, reges in populos, non alia re excitati primò, atque irritati sunt, quam hoc linguario flabello, ut maria sua sponte quæta vento intumescunt: sic Principes natura sæpe boni, atque rates, per incendiarios illos inardescunt. Perniciem igitur variam, & validam in calumnia nunc habetis, quam Christiani nostri veteres præclarè intel-
lexisse mihi videntur, cum patrem omnis vitii, immò ipsum vitium, monstrum inquam illud ab inferno, Græca voce diabolum, hoc est calumniatorem, propriè dixerunt: arbitrari scilicet nocentissimum hostem, non alio nocentiori nomine posse designari. Nec minus indomitam ejus vim legislatores præfici considerantur, qui cum vitia cætera legibus, aut penis coercerent: huic uni, quòd miremur, apertos carceres, & velut liberum campum relinquerunt ad nocendum. Itē enim per omnes hominum gentes: fallor; aut nullam mihi dabitur, ubi vitium hoc legitum freno, aut sanctione comprimat. Apud Athenienses quidem multa pecuniaria calumniatoribus fuit, fatcor, apud Romanos frons iniusta K literæ nota: sed nemo erret; non istis meis fastidiosibus, duntaxat illis, qui in judicio, & publica accusatione calumniabantur. Quid ergo? aut tam cæci illi, ut habere perniciem non viderent? aut tam fatui, ut vitam approbarent? Nihil horum fed sciēter, & judicio vitium extra pœnam habuerunt, quod esset extra medicinam. Medicinibus am-

nibus repagula sua sunt: communi alicui diluvio, cui aggrètes A resistunt: Orbem terræ calumnia inundat; hæret, & habitat in pessima hujus natura modulis; nec jam inter culpas censetur, sed mores. Quid facerent? opinor quod prudentes medici, qui nec canoro manum temerè admovent nec tabi. Itaque mali magnitudo, & diffusio affuerunt hanc in libertatem: nec comprobata ea, cum desperata est.

Sed ne longiori oratione me fatigem, vos detineam, fledere ad portum hanc navim incipio, & venio ad tertiam, ultimamque partem, quæ est de Calumniæ cautione. Quam si quis ita accipit, ut immuncm, tutumque ab omni calumnia futurum se speret: nec ille errat, & exigit à me, quod non est virum humanarum. Prodeat, non dicam Thales ille alumnus Sapientiz, sed Sapientia ipsa: nunquam cum dabunt. Quid ergo est: duos tantum velut clypeos suggerere possunt, qui vim, aciemque ejus incurritis frangent, & retundant, è quibus priorem, Innocentiam; alterum Patientiam appello. Innocentia inquam ante omnia te muni, quisquis effugere vis male, & hiantis hujus Furie morsum. Nam certè, qui vita integri, lingua cauti, actione modesti: quid ab ea timeant? Ut locis levibus, & politis agrè foridum aliquid adhaerescit: B sic maledictum sedem vix invenit in vita puriore. Itaque sæpe tegmen hoc profuit: mentiar tamen si dicam semper, Ciceronem scio scribere. Ut ignis in aqua conjectus continuo restinguitur: sic fallum crimen in caltam vitam. Utinam tam verè, quam diserte I quam multos enim vel purissimam, & penè supra hominem vitæ Calumnia læsit, & lædet, & efficiat læsit: adeò ut sanguinem omnem ab iis, succumque duxerit bonæ Famae. Nec miremur. Calumnia enim, ut docti, mendacio ferè grassatur; & id tūdo: quia apud judicem unum; & qui non querit plerumque, sed credit. Itaque rem hæc præ magno Oratore videt melius magni Regis adulator, & copia, qui identidem monere solitus. Quidvis in quodvis esse confingendum. Ut enim, ajebat, vulnus maxime fandum, manebit tamen cicatrix. Pessilem, sed, ita me Deus, amet, ingeniosum dictum: & cui origo, atque item fides, ab ipsa nostra natura. Instum enim plerique hominum, non solum patitur, sed etiam credulas aures delationibus habere: & id magis, si ad lætos eos pertinet, aut lædendos. Et cum semel aperferis fides, vix est ut, plene eluas hanc labem. Suspicio inquam manet, ubi non crimen. Ergo altero etiam clypeo merito te munivi: quem Patientiam dixi. Ejus vim, & C usum hunc esse velle, ut calumnias quas vitare non potes, fortiter, & erecta cervo feras. Varronis argutum olim dictum fuit de mala conjugè: Ferendam eam, aut tollendam esse: tu usupra in pessima hæc videramur, & tolera, que non tollis. Feras autem? immò & spermas. Ut bonus, & animofus miles levata, & citum galæas crepitantia tela contemnit: sic vir robustus, & sapiens dilectus. Quid enim tibi tollunt? Famam? bona ea semper erit apud bonos. Virtutem, aut sapientiam? non subiacet ea arbitrio humano. Denique cum omnia carptores isti fecerint: dixerint: verò altoque animo clamabis, Omnia mea mecum porto. Quòd si infamia tamen specie moveris: bene, si vera; sin autem falsa, quid ad te? Ne applica tibi, non eam habes. Diogenes ille Cynicus alte sapientie vir, & qui non vicit solum hominem, sed exccit, dicere solitus, cum turbæ subannarent: Illi me ridet, ego non rideo. Tu idem fac: & dicta illa omnia, sive scommata sic audi, quasi jacta in alienum Nemo ab istis conteritur, aut contemnitur, nisi qui ante se contempnit. M. Cato, Romanus ille Socrates, in os percussus à quodam, cum idem satisfecerit deinde, & deprecaretur: Non hercule, inquit animadverteram. O eximium, & supra viros virum! qui altius, meliusque putavit non agnovisse injuriam, quam ignovisse. Et verò, si judicio examinavisse, quantula ista sunt, quæ nos turbant? rerum plerumque nihil, sed verborum aliquot nugæ: quorum major etiam pars constat vitio interpretantis. Noli ea intelligere, perit convitatori contumelia suæ fructus. Hæc vera, Auditores, hæc solida in Calumnia arma sunt: non illa, quæ vulgus usurpat, reponere, & vindicare. Ut in via, si canis, aut equus luto me aspergat, non exandefco statim, & vicissim illum regero; sed potius me purgo, ita hic faciendum, & omnes isti pro calumniculis, aut equalibus habendi, qui non judicio, sed impetu, & protervia lædunt.

Sed jam desino, & complico, ut sic dicam, Orationis meæ vela. Tria hæc audistis, Fociditatem hujus vitii, Perniciem, Cautionem. Oro, obtestorque vos, Auditores, per Deum immortalem, spernite à vobis longissimè hanc pestem, nec à linguis solum, sed auribus etiam vestris. Peccat

enim hic non modo, quid dicit Calumniam, sed qui excipit: & ut ferrum ignitum tangere sine noxa non est, non item afflictere amburentibus hinc lignis. Blandiantur, & infamant, scio: verbis comitate, vultu amorem præterunt. Vos mihi credite, apfides ille sum, & venenum solum inspirant, sopiente quodam, & fallente morfu. Quòd ad iposatinet, nihil eos moneo, voveo, & imprecor cum Davide potius: Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus iustum. Habetur inter Epistolæ I. Lipsii, in fine Centurie V. Misceellanear.

Cambia.

Vide Negotiatio. Contractus.

* Caminus.

Qui & fumarium, & infumibulum, Græcè καμινος, dicitur tu καμινος à calore.

USUS, ET INSTITUTIO

Camini.

Caminiorem usum antiquum volunt, eò quod Sueton. in Vitello, meminerit Camini arcuatilis. Ex Cic. Epist. vocat caminum luculentum, in quo est copiosus ignis. Et dobium nulli esse potest, quin semper alicum locum habuerit ad struendum ignem, non tamen exitum verum olim superne in tectis excitatum, quod vel ex eo appareat, quia nullum eorum reperitur vestigium: quòdque ligna macerant amurca, quæ sine fumi tadio ardebat, Catone de re rustica teste: & Galeno, qui ea vocat κάμινος, lib. 1. Aristidion. Addit. Romanos solere construere fornices oblongum in subterranea structura, ex quo quaquerfium ductiles canales erant ad summam contignationem, qui naves haberent ad omnia loca, in quibus vellent procurare calorem, contextas exemptilibus operculis: fornices calefactum fuisse partim succensis lignis, partim ferventibus intrà canales aquas. De quibus scripsit Martial. l. 13. Epigram. 15.

*Si vicina tibi Nomento vira coluntur:
Ad villam moneo, Rustice, ligna feras.*
Apud Græcos nomen καμινος usitatum, & non erat emissaria illa sumi, quæ habemus nos, sed focolus in cubiculo illatus, in quo prunæ ardentes. Unde Alexandrum memorat Plut. cum quidam hyme cum convivio exciperet, ac modicum ignem focolo intulisset, iussisse, aut ignem, aut tunc inferret. in Apophth.

Etiam de Anacharsi scribit, quòd cum multa Græcorum caperet, laudaret carbonarium ignem, quod fumum foris relinquentes, ipsum putum in domum inferrent. l. 6. q. Conventual. cap. 7. Plut.

Seneca lateatur Epist. 90. memoria sua proditiè specularia, & impressos parietibus tubos, per quos circumfundere calor, qui ima simul, & summa fovet, æqualiter. Hi autem tubi foramina habebant, quæ claudi, & recludi pro arbitrio possent. Ita Lipsius Cent. 3. Epist. ad Delgas, Epist. 76.

Campania.

Quare A M O E N I T A S.

* Campanæ.

Vide Tit. Tintinnabulum, multa.

Campana Græcè κάδον, instrumentum ad pulsandum inventum est, & idoneum: habens introsum pensilem, & mobilem malleum, quem Rophalum dicunt.

Paulinus Nola urbis Campaniæ Episcopus primus in sua Ecclesia Campanæ usum invenisse prodicit, & ad pia munia transulisse, ut nimirum ejus sono exciri possent remotius habitantes ad conciones, præcationesque. Atque hinc fortasse tenuit consuetudo, ut nola, & campanæ vocabulis conferretur tintinnabula ab hac Campaniæ Nola. Gilbertus Cognatus l. 3. Narrat. Strabo de reb. Ecclesiast. l. 15.

Qui de rebus Venetis scribunt, referunt, ann. Domini 688.

ostingentesimo sexagesimo quinto aera instrumenta, quæ campanas dicitur, usi esse cepisse Græcis, missis ipsi a Duce Venetiarum Urso Patriarcho ad Michaelem Imperatorem. Baro. tom. 10. Annal. an. 665.

MATERIA.

Campanarum materia plerumque est æs, cui alia metalla præstantiora nonnunquam permiscetur, ut magis sonora sint, & ad recti alicujus toni resonantiam edendam aptentur, quo fit, ut frequenter argenti certum pondus excellentioribus adiciatur.

Reperiuntur & plerisque locis Campanæ argenteæ, sed cum subtiliorem edant sonitum, non sunt in frequenti usu, præterquam in Sacellis minoribus, aut privatis ædibus.

Etiam figuratas campanas igne decoctas alibi invenias, quarum pistillum lignum. Usus illarum servitius, qui tintinnabulis velut organo concentum musicum, qua in re Belgæ excellent; excitare adducunt, ne pulsu magis sonoro, & incondito aures obduant, suamque inscitiam evulgent.

Notat Ortelius ad Tab. Aysinorum, illos in templis more Christianorum campanas habere, sed plerumque saxas. In Theatro Orb. 107.

MOLES.

Maximæ, & stupendæ molis Campanæ conficiuntur, immò supra omnem fidem, testis est ingens Campana, quam Ambrosius Præsul, Rothomagi in Gallia fundi curavit, & in primaria Ædis sacre turri pensile esse voluit, ponderis xl. millium librarum, ut constat ex inscriptione eam ambiente, cujus nos meminimus in loco de Inscriptionibus. Tit. Campanarum.

Habet & Germania Superior ingentes Campanas, uti & Inferior illi hac in re nullatenus cedens, cum vix oppidum, immò & municipium reperias, ubi non hæc machina, quarum sonus ad plura millaria per circuitum percipiatur. Nihilque magis usitatum hic, quam campanas in turribus suspendere, quæ xvi. mille pondus, & amplius librent, quales & Antuerpiæ, Mechliniæ, Bruxellæ, Brugis, Cameraci, & passim alibi habentur, magno civitatum ornamento.

Superat tamen alias Europæ, Campana Erfordiensis in Turingia, excedens Rothomagensem quinque librarum milibus.

EARUM TYPI, USUS, ET ABUSUS.

Quod in veteri testamento tubæ, id in novo, Campanæ: scilicet ad convocandum populum ad divina officia, ut tradit Rupertus Abbas.

Adumbrant etiam Prædicatores, ait D. Hieron. quos insuper significat clangor tubarum. At tubæ erant magis corruptiles, cum essent minus solidæ; Campanæ autem nostræ ex ære sunt, & admodum sonoræ, quippe in omnem terram, & finem sæculorum sonus prædicationis extenditur, & extensus fuit: cum tempore Judæorum duntaxat in Judæa notus esset Deus. Videatur Durand. in Rationali.

Sed & ad populi conventus faciendos Campanæ signum adhibetur; atque in Republica variis, ac necessariis usibus deservit. Quippè & ad distinguenda tempora, horæque signandas opportuna sunt Campanæ, uti & tempore belli, dum ad arma concitandi Cives. Insuper victoriæ, & triumphus sunt nota, dum certo tempore pulsantur, lætoque murmure applausui immiscetur, & ad commune gaudium provocant. Denique mortuorum memoriam resicant apud Christianos, dum lugubrem ululatum pulsando præterunt, quo & finis omnium communis monemur, & ad preces pro defuncti refrigerio Deo persolvendas excitamur.

Cæterum Campanarum sonitu abutuntur, qui ad seditiones excitandas, Civileseque motus, & rebelliones ciendas eis utuntur. Quomodo superiori sæculo memorie traditum, Gandavenses (Flandriæ populus est bellicosus, & natalibus Caroli V. Cæsar cuiusque nobilis) ut ad seditiones nonnihil proclives erant, solitos majori Campanæ, quam habebant, & Rolandi nomine etiamnum appellatam, Cives suos ad arma, & rebellionem convocare. Quo factum, ut Carolus V. Cæsar rebellionem eorumdem compressa, etiam Campanam illam agrè passus fuerit, integram manere, sed penitus jussit communi tanquam infame tantarum rebellionum instrumentum, verum optimum patrociniis servatam ferunt, hæc

tamen lege nè deinceps pensilis maneret, sed horarum dumtaxat indiculo deserviret, & in peccam, notabile fragmentum E circum oram, quò omnis alternati pulsus spes prædiceretur, & non nisi rauco murmure perforante evelleretur, quod & accidit, uti Campana ipsa rebellionis aviz monumentum superstes docet.

Quomodo autem Ecclesia ad repellendas aereas tempestates, Dæmones arcendos, & varia pietatis exercitia, Campanarum usum adhibeat, videatur in loco de Benedictionibus. ubi nonnulla hujus rei documenta, & exempla, ex lucubrationibus variis retulimus. Quibus sequentia hoc loco addimus.

Cum aliquando frater quidam Joannes nomine, natione Italicus, regularis disciplina severitatem fastidians, etiam fugere de monasterio cogitaret, ipse ei diabolus Abbatibus specie assumpta se obtulit: nam duobus dæmonibus in specie monachorum se comitantibus, fratri in quodam monasterio loco secreto soli residendi, multaque secum volventi, oportunitatem fallendi tempus se invenisse credens, apparuit, equo assidens dixit: Ego (frater) modò hoc hospitium causa diverti, sed casu te percipiens, agnovi multa te sollicitudine laborare, multoque in corde tuo cogitationum ædus versare. Quorum causa, licet quibusdam referentibus mihi ex parte nota sit, si tamen eam plenius indicaveris, poterò forsitan utile tibi dare consilium. Unde, quis visis, & quare mœtus sis, amico querenti exponere. Cumque frater ille ignoto, ut putabat, hominiferæ creta cordis sui aperire formidaret, & se tantummodo natione Italicum esse respondisset: dæmon, qui monachus videbatur, adjunctis Et ego ipsius regionis Abbas sum, & tibi bene in omnibus auxiliari possum. Novi enim, licet tu reticeras, quòd Abbas monasterii hujus, & cæteri male te tractant, neque, ut dignum esset, honorant; insuper multis sæpe injuriis vexant. Unde admoneo, ut tibi consulas, & locum hunc omnimodis perniciosum delinquens mecum recedas. Paratus sum enim te ab his malis eripere, & Abbatiam meam, quæ Crypta ferrata dicitur, perducam, omni te ibi honore sublimare. Ad hoc frater respondit: Ego hinc exire nullo modo possum, quia & clausura monasterii prohibet, & fratrum me multitudo circumdat. Tunc diabolus: Nec ego, inquit, quamdiu hic fueris, te in aliquo juvare poterò. Sed fac qualibet arte, ut septa monasterii transgrediaris quòd postquam feceris, ego statim adero, teque ad locum meum, ut dixi perducam. Sed misericors Deus, qui non permittit nos tentari supra quàm ferre possumus, non ultra passus est hostem procedere, sed scriptum est, Ipsi fecit illum, applicavit gladium ejus. Quando namque hoc agebatur, frater conventus in refectorio, ex consuetudine, hora coenandi refidebat: qua expleta à Priore secundum morem, uno istu scilicet percussa est. Quo sono audito, mox dæmon, qui Abbatem se fingebat, actus divina virtute, à fratre, qui loquebatur, se abripuit, & præcipiti cursu, ac maximo impetu ad latrinas, quæ proximæ erant, vidente fratre jam dicto, in earum se inferiora demersit. Pet. Vener. Abb. Clun. l. 1. mirac. c. 13.

CAMPANÆ PER SE SONANTES.

Scribit Leonar. Vairus l. 2. de fascino, in Celtiberiæ oppido Villilla campanam esse, quam vocant incolæ campanam miraculorum, per aliquot mentes priusquam respu. Christiana aliquid ad verbi patiat, hæc ex se ipsa nemine pulsante sonare solitam, cuius rei, ut ait, testimonium per publicos tabelliones hinc oculis egomet legi, præter fidem, quam de eadem re illius regni Proreges faciebant suis literis. cap. 14.

In Monasterio Rodkensi, quod B. Meinulphus confessor H exædificavit, quoddam miraculum ordinarium contigit superioribus annumerandum: Tintinnabulum, inquit, quoddam magnum æneum bene sonorum ibi reverenter aservatur: nam quoties aliqua ex ejus monasterii fororibus brevi erat abitura è vita, absque ullo humano ministerio perforstem reddebat sonum. Gobel. Persona in vita S. Meinulphi.

Anno à Christo incarnato millesimo sexagesimo secundo, cum fames intolerabilis Flandros premeret, grandisque multitudo hominum panis querendi gratia conflueret Aldemburgum, repertus ibi quidam prima luce, qui dum febrilio, prohibuit Sacerdos Codobertus, ne pulsarentur campanæ, eò quòd homo esset ignotus. Sed ecce stupentibus cunctis qui aderant, prodigio per æra illa (mirum dictu) personaverunt Meserus, l. 1. bist. Flind. ad annum 1062.

Regis Dagoberti tempore sanctus Præsul Ursinarius in Flan-

Flandrensi provincia prædicans, sub honore sancti Petri A Apostoli ipso sibi revelante Ecclesiam Maldemburgensem oppido ædificavit, & consecravit, quam Deus multis miraculis usquaque glorificavit. Inter quæ illud tam mirabile, quàm inauditum antea, exitit, quod hoc anno Domini nocte natalis contigit. Campanarum præfatæ Ecclesiæ, vehementi vento flante, à suis locis evulsum ad terram fuit penitus inversum, ita in ære pendens, & ruina in fuit minitans, ut semper calurum, & cuncta vicina contracturum cerneretur. Sed cum per sex noctes, & dies id tractaretur à populo, qualiter hinc inde extractis machinis sursum erigeretur, & utcumque loco suo relocaretur, pridie Kalendas Januarii, circa noctis medium adveniens virtus divina totam ecclesiam intus, & foris implevit luce ignea, & campanarum ad terram reclinatam totum simul erexit, ac firmiffimè locis suis relocavit, & campanas ibi dependentes non sonare compulsi. Sig. ad ann. 1081.

AD SONITUM CAMPANÆ FUGATI HOSTES.

Mortuo Theodorico Principe, Clotharius Rex in Burgundiam veniens hostili manu armatum Bildebodem Ducem mistit Senones. Illo ergo tela atrociter in oppidum vibrante, S. Episcopus Lupus in Domino fidens, ad protomartyris S. Stephani ædem se contulit: cumque ad convocandum populum signum ecclesiæ tangeret, viribus hostes destituti, tantoque furore correpti, ut nullam sibi salutis opem superesse putarent, nisi fuga sibi consulerent. Clotharius autem Rex ubi percipisset, campanam illam sonum edere gratissimum, iussit eam Parisios transferri, ut ejus tintinnu sæpius deleteretur. Displevit ea res B. Episcopo. Itaque mox ut abata est à Senonibus, omnem foni gratiam amisit. Id Rex intelligens, ocyus jubet suo illum loco restitui. Ubi autem ad pontem Senonicum ventum esset, redit illi pristinus sonus, & ob sancti viri merita, septimo millario auditus est. Surius 1. Sept. in A. S. Lupi.

SILENTI TRIDUO ANTE PASCHA.

Ex Institutione Ecclesiæ signorum, atque campanarum sonus retinetur, ne audiat triduo ante Pascha: ut repræsentetur fuga discipulorum, Christo tradito à Juda, quando nemo eum confitebatur, nam & Petrus cum negabat, & teste S. Mat. Discipuli omnes eo relicto fugerunt. Refert Albinus Flaccus l. de divinis officiis.

BENEDICTIO.

Quære locum de Benedictionibus. Ubi plura de Campanarum benedictione, & earum usu, &c. In loco de Inscriptione, vide de legenti campana Rothomagensi.

* Campi Elisii.

Elysius Campos veteres vocabant placidiores hominum Desfunctionum sedes, in quibus perpetua quiete, & voluptate perfruuntur. Quomodo Mahometus post hanc vitam, statuit locum omnium voluptatum carnalium cumulo perferum, in quo Sæcutores sui sempiternum vivant. Fortassis errori priori locum, & causam dedit narratio de Paradiso, loco voluptatis, in Genesi scripta. Existimabant autem veteres illi, eos qui bene vixissent, in heros converti: & deinde omni contagione mortalibus absolutos, ad cælestes sedes redire, & vocare sempiterno, & cælestibus deliciis frui. Hinc commenta illa Poetarum tam celebria de Campis Elysiis.

Cancellarius.

Qualis Dignitas? Quære Magistratus consideratus respectu Dignitatis. S. Scriba, Cancellarii, &c.

Cancer Morbus.

Quære corporis affectio.

Candelabrum. Candelabra.

Candelabri usus apud Judæos. Forma. Præceptum.

Præceptum Deus Moysi in Exod. c. 25. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo. Erat enim hoc candelabrum in Sancto, malleatione productum, ex uno auri talento. Hastile medium utrinque habebat tres calamos, id est, sex universim, & in summitate cuiusque lucernam, quibus

altare thymiatis, & mensa panum propositionis, ipsamque tabernaculum noctu illuminabantur. Etantque positæ eo ordine ut meridiem, & orientem respicerent juxta Josephum. Lege c. 8. Numeror.

In tabernaculo unico tantum erat candelabrum, in templo vero Salomonis decem; quinque ad dextram, & quinque ad sinistram, ut patet 3. Reg. 7. Unde corrigendus erit Josephus l. 8. antiq. 2. ubi ait decem millia candelabrorum in templo fuisse, legendum namque est, decem candelabra.

CANDELARUM USUS.

Quære Tit. de Sacrificio. S. Cereorum usus. Benedictio Candelarum. Quando, & ob quem finem fieri consuevit, &c. Consule Tit. de Benedictionibus. Vide Infra Tit. de Cereis.

Donatio.

Henricus Leo Saxonum dux Hierosolymis annuus redditus, quibus cerei ad sepulchrum Domini arsurum compararentur, instituit. Sæcularium Chronici Continuator l. 2. c. 7.

Consecratio.

Cereæ Paschales candelæ ut Dominicæ resurrectionis sabatho per singula templa consecrarentur, Lozimus auctor fuit. Polyd. l. 6. c. 7. de rerum Invent. & Polat. l. 22. Plura quæque Tit. Benedictio.

Ufus.

Sabinianus Pontifex instituit, ut accensæ lampades semper haberentur, potissimum in Ecclesia beati Petri. Platina.

Simonis Andronici Imp. Constantinopolitani bellissima filiola, immatura ætate Servie Crali desponsa, necessariò magis, quàm bona cum gratia, hoc nomen accepit, quòd cum plures puellæ Andronico morentur, à muliere quadam edoctus statuit, atque ordine accendit sub tempore partus, quæ cum in tempus, quo statua Simonia ardebat, incidisset, puella Simonis est appellata. Pachymerius.

Candidati.

QUI. HABITUS. REPULSA.

Candidatos Romani vocabant eos, qui magistratum petituri in comitia descendeant. Ac in primis, seu servilitati omnium oculis exponerentur. De forma, ætate, moribus, conversatione, omnes judicabant. Deinde nomen cuiusque Candidati recitabatur. Tum indicto silentio, pro se quisque dicebat, testes, & laudatores dabat, vitam suam, & merita exponebat. Addebantur deinde suffragatores, qui augerent ab eis dicta, & facta firmabant. Atque ex hinc omnes illos, qui sine ad magistratum, sine ad gradum aliquem aspirant, modo Candidatos appellamus.

Perinde absque interiore tunica, amici tantum corpore super nudo Candidati descendeant, ut cicatricum, si quas haberent tanquam patris fidelitatis honesta indicia, facilius populo ostenderent.

Maxima autem infamia erat, si quis Candidatorum post omnia hæc tam solemnia, repulsam pateretur. Quin nonnulli repulsam passi, inventi sunt, qui vel manifestè patriæ hostes existerent: ut Coriolanus, & Themistocles: alii sibi ultrò perpetuum exilium indixerunt, ut Scipio, alii rursum abdicarunt: alii denique violentas sibi manus intulerunt.

Canis.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Canis animal est domesticum, custodia, & venationi accommodum, à Græco etymo κων ita dictum, ut placet Isidoro. Alii à canore latratus quem edi deducunt. Varro à canendo derivat, quòd tam venando, quàm custodiendo vocem signum præbeat.

CANUM ÆSTIMATIO,

CURA, AMOR.

Telemachus apud Homerum in concionem cum prodit: αὐτὰρ τῶ γὰρ δὴο κύνες ἀγῶν ἔταυρον. Simul hunc canes duo comitantur, Odys. β. l. 8. Apud Virgilium Evandro procedente. Nec non et gemini custodes limine ab alto Procedunt, gressumque canes comitantur herilem. Agnoscit sanè Homerus menfarios canes, & voluptatis animique causa alios, non tantum ut venationi adhiberentur. Ange.